

Q. B. V. D.

DISPUTATIO INAUGURALIS

sistens ægrum

PLEURO-PNEUMONIA  
LABORANTEM

Quam

PRÆSIDE SANCTA VERITATE

CONSENSU ET DECRETO

*Magnifici & Gratiosi Medicorum*

*Ordinis*

In perantiqua Rauracorum Universitate pro  
obtinendis summis in arte Medica honoribus  
& privilegiis

*Publico eruditorum examini submittit*

JOH.CONRADUS AMMANN  
Scafusa-Helvet.

V. Id. Decembr. M DC LXXXVII.



---

BASILEÆ  
LITERIS JACOBI BERTSCHIL.

54568

VIRIS

Nobilissimis, Spectatissimis, Excellentissimis,  
Literatissimis

DN. JOHANNI AMMANN, Judicii re-  
rum civilium in Patria PRÆTORI prudentissimo, di-  
gnissimo, Patri lustrali colendissimo, Fautori & Agna-  
to suo charissimo.

DN. JO. ERICUS THORN/  
Domino in Büssingen, Mecœnati suo & Evergete fa-  
ventissimo, amicissimo.

DN. JOH. AMMANN, M. D. Practico in  
Patria felicissimo, Parenti optimo.

Has studiorum suorum primitias sacras, ut debet, facit

A U T O R.

**P**ublicum grati in Vos animi monumentum erigere  
volui Vobis VIRI Nobilissimi, qui omnes et sin-  
guli tot privatim me cum alastis beneficiis, ut debi-  
torem me quidem vestrum sciam; sed quei sol-  
vam? Cum quantum debeam, tantum non ne-  
sciam: quei scirem? Cum beneficia sint innumera. Debita Patri  
grates persolvi nequeunt, nec malo; nedum bono, de quo glo-  
rior. Cum autem VIRI Nobiliss. in me præter me, ex quo be-  
ne & Vobis facere possim, nihil sit, totum me simulq; exiguum  
hoc opusculum do & consecro: quod cum, vi juris à me Vobis  
in me concessi, vestrum sit, quia meum est; ea, qua decet, ani-  
mi submissione vos rogo, ut ejus in Vos Patrocinium  
suscipere, & contra malevolorum insultus  
tueri id velitis.



## Q. B. V. D.

*Multos inter alios, quos Patrem ad agrorum lectulos co-mitanti observare licuit, maximè arrisit sequens*

## C A S U S

I.



Ir quidam 30. circiter natus annos, staturâ mediocre, graciili corporis habitu, vultu semper pallido, capillis subflavis, artis & valetudinis fætoriæ, 2. D. XVI. Martii, cIo Icc xxvii. anni constitutione humidâ, cœlo undique pluvioso, flantibus modò

Astro, modò Zephyro, datâ occasione 3. vehementi irâ excandescit; prodit tamen in publicum, ut & postridie, & duobus sequentibus adhuc diebus, de 4. totius corporis laßitudine, & 5. oris amarore conque-rens. 6. D. XIX, sub vesperam immani corripitur cardialgia, quam 7. horâ post sequitur horror cum levi rigore; hunc 8. comitatur horrendus tergeminus bilis porraceæ vomitus. quo cessante in lectum se recondit, 9. toto corpore perturbatus. 10. Inquietè dormit, totamque ferè noctem inter terrifica transfigit insomnia. 11. Expergefactus de punctorio dextri lateris queritur dolore, 12. difficilique respiratione. D. XX, æger meliora sperans & Medicum & medica-

menta respuit. D. XXI. Parentis mei imploratur auxilium. Aderant jam 13. summus præcordiorum cum ponderis sensu æstus, 14. maximum totius corporis incendium, & 15. sitis intensissima. 16. Parens eadem die præscribit antipleuritica: à quorum 17. usu æger, ut & D. XXII. copiosè 18. sudat, 19. sputa prodeunt subcruenta, 20. dolorque magnam partem remifit, superstite adhuc respiratione aliquantum difficulti. D. XXIII. à meridie dolores 21. recrudescunt, 22. totum pectus admodum erat gravatum, ut æger nonnisi ægrè duceret spiritum: repetuntur statim antipleuritica, unde 23. sputa rejecit cruda, viscida, modò subcruenta, modò mellei coloris. 24. sub noctem deliravit. D. XXIV. sitis 25. cum æstu erat intensissima, 26. æger delirabat interdiu. 27. Pulsus erat celerrimus, debilis, durus. 28. Convulsiones & 29. tendinum subsultus continuo ferè misellum vexant. 30. totam ferè noctem transigit insomne. D. XXV. & XXVI. continuato antipleuriticorum usu 31. sputa prodeunt copiosa, cruenta, 32. nihilominus æger loquitur subinde delira. Queritur 33. semper de siti, summoque 34. virium languore, 35. Vrina, quæ hactenus reddebat turbida, clarescit, fanique hominis specie facile imposuisset, nisi virium languor, respiratio difficilis & sublimis, aliaque totâ d. XXVII. urgentia symptomata aliud suassent. 36. Nox insequens omnium adhuc erat difficillima. D. XXIX. pulsus adparet liquidus 37. & undulans. 38. Sudor erumpit largus, universalis, calidus, parum viscidus, integrumque triduum durans. Interim 39. Ischuria admodum molesta urgebat; quâ promptè curata aliquot urinæ turbidæ libræ prodeunt, cujus 40. contenta, latetris farinam æmulantia, medium ferè liquoris partem consti-

constituebant. Et sic 41. morbus hic præsidio natturæ, subsidio artis fuit judicatus. Sputa, quæ deinceps rejiciebat, cocta erant, alba, pauca, nulla, sitis remisit. belle comedit. 42. At sudores nocturni per aliquot eum noctes adhuc fatigârunt; quibus 43. tamen felicitate suppressis valet.

### Avalustis.

**N**Orbi hujus historiam dabimus tripartitam. Prima causas ejus procatarcticas evolvet: altera ægium sistet, qualis fuit, ex quo ægrotare cœpit, ad finem usque morbi: tertia denique docet ægri statum, morbo jam superato; ubi pauca quidem, at scitu necessaria adnotabimus.

Causæ procatarticæ præcipuae, ut vitæ genus, aëris vi-  
tium, & excandescens, ad duo rufus summa capita reduci  
commodè possunt: quædam enim materiam morbificam  
suggererunt, suggestam auxerunt, ejusque conditionem in  
deterius mutârunt: reliqua præsentem suscitavit, ita ut pro-  
rumperet in actum.

#### I.

Premam jam vestigia numerorum supra notatorum.  
Causam materiæ morbificæ cumulum producentem fuisse  
cùm nativam quandam & hæreditariam imbecillitatem, tum  
vitæ genus, ex ipsa historia elucet. Fuit enim Sartor, à na-  
tivitate satis tener & fragilis. Sartores, licet non quivis  
ipsorum palato cibus arrideat, eum tamen, licet aliis opti-  
mum & salubrem, non adeò benè digerunt. Noster vale-  
tudinis, ut dixi, erat sartoriæ, caducæ, fluxæ ac lubricæ; sæ-  
pè cum parotidibus, gingivarum, malarum, & aliis variis ge-  
neris limfaticis tumoribus ab ineunte ætate conflictabatur:  
unde sanguinem ipsius sanguinisque vehiculum stagnare  
aptum, justo viscidius, & multis heterogeneis incongruisque  
partibus refertum fuisse adparet. Nec mirum, quippe Sarto-  
res totâ ferè die ventrem intra genua tenent & premunt,  
digerunt pessimè, chyli distributionem hoc corporis situ red-  
dunt admodum vitiosam; & quod pejus, mox à sumto cibo

spiruum ad ejus digestionem requisitorum diversionem instituunt, in sellulis suis rursus desident, sordidas quandoque vestes tractant: unde variorum, cutaneorum imprimis morborum, seminia suscipiunt, quæ non parum fovent cruditates in primis viis aggestæ, quas nec secunda, nec tertia contio corrigerent.

## II.

Causa, quæ materiam hanc morbificam auxit, eamque deteriorem reddidit, vitium fuit aëris. Quantum autem ad producendos morbos aër valeat, vulgo vix creditur. Novi pures phlegmaticos, qui, dum diaphoresis ipsis est larga, vivunt sanissimi; adpetente verò autumno caput mox gravatur, dolet, adest vertigo, membra torpent, quidam tussiunt. Duplex autem materiæ morbificæ incrementum contingere puto, activum videlicet & passivum: illud, cum præsentis revera nova adponitur; hoc, ubi præsentis imminutio prohibetur. Νοσήματα quidem πάντα ἐν πάσοις τοῖς ὥραις γίνεται. μᾶλισται δὲ ἔντα καὶ τέλειας αὐτέων καὶ γίνεται καὶ παροξυσμός. aphor. 19. sect.

III. quod pluribus Hippocr. exemplis paulò ante illustrat aphor. II. sect. ejusd. dicens οὐδὲ χειμῶν αὐχυνῆσθαι τοῖς ξένοις γένεται τὸ δὲ ἔπειρον καὶ νότιον, αἰράγκη δὲ θέρεται (non raro & ipso vere) πυρετός ὀξεῖς καὶ συστείνεις γενέσθαι, μάλισται τοῖς αὐδεῖσι γενέσθαι οὐχοῖσι τὰς φύσιας, qualis fuit hic noster. Talem autem hujus anni fuisse constitutionem neminem latebit; nec eosdem, quos Hippocrates, eam insecuros fuisse affectus negabit, nisi experientiae cum nostræ, tūm multorum aliorum palam velit contradicere. Hoc enim vere admodum pluvioso, quod præcessit hyems impense frigida, & aquilonia, plures pleuriticos, peripneumonicos, immo quosdam subita & insolita vertigine correptos in multam usque æstatem curavimus; quis pueros morbillis laborantes numeret? qui omnes horrenda patiebantur tormenta, & ferina vexabantur tussi, ut plurimum inani. Omnes laborarunt febre, & quidem ardente & acuta, cui ob tumultuosum sanguinis & feri, copia simul peccantis, motum junctæ fuerunt inflammations, modò intestinorum, hinc tormenta illa & dysenteria; modò unius aut alterius pulmonis lobi, aut utriusque simul, unde pleuritis cum peripneumonia, illa enim absque hac rara est, nec

nec tūm ægri admodūm cussiunt ; modò meningum , aliarumvē capitis partium , hinc immanes cephalalgiæ ; modò ventriculi , unde cardialgiæ verbis vix exprimendæ cum intenso æstu . Febris maligna cum & sine maculis epidemicè in patria nunc furens cui suos debet natales ? si non inclem̄tiaæ huis aëris . Catalogum morborum , quorum quævis intempestiva aëris mutatio ferax est , videre est in aphor. Hippocr. sect. 3. nec non in libro , quem inscribit ὁ θεός αἰρετῶν , ἡδατῶν , καὶ πάπων , & ὁ θεός τυφνούσιων . Si quis inquirat in modum , quo hæ aëris mutationes morbos hos producere queant , dupl̄cem nos damus : vel enim 1. cutis ejusque spiracula adeò à circumambiente aëre humido & frigido stringuntur , ut insensilis , quæ non parùm ad tuendam hominum valetudinem facit , transpiratio bonam partem prohibeatur . Rursus quis quærat , qui ab impedita illa diapnoë intensus adeò & febrilis calor excitari possit ? responsum nostrum duobus immotæ veritatis axiomatibus nititur : primum est , partes liquoris , aut alias corporis , quæ avolant reliquis remanentibus , his sunt mobiliores ; alterum , corpora rapide mota possunt & alia non ita velociter agitata in rapidiore motum concitare , si movens inter & mobile intercedat proportio : suppono ceu notum , corporis æstum oriri à concitatori sanginis motu . Adplicatio jam fiat ; partes sanguinis , quæ continuo ope hujus diapnoës avolant , reliquis superstibis agiliores esse certum facit id ipsum , quod avolent : hoc concessio , ut concedi debet , ultrò sequitur , has particulas agillas , si quid ipsarum è corpore abitum prohibeat , motum propterea non amittere , sed & reliquis majorem communicare . Vel 2. aér in corpus suscep̄tus & haustus suam sanguini labem affricat , eum vel nimis exagitando , ubi acres & æquo mobiliores ipsi particulae sunt admixtæ : vel motum ejus reddendo torpidorem , cum multis vaporibus est elixi- viatus , hoc est , sale suo nitroso exutus torpescit .

### III.

Consideranda jam venit causa , quæ materiam morbificam deduxit in actum , adeoque ex remota & antecedente fecit proximam . Hæc ira fuit , cui æger noster plus nimium indulxit . Quo autem scopum , ad quem collimamus , felicius attingamus .

attingamus pauca præmittere visum est, de vera, aut saltem non improhabili massæ sang. motū causa, non quidem sola, sed præcipua; qua detecta, sanguinis in motu ~~etiam~~ sponte elucescent. Justa itaque & moderata massæ sanguineæ fluiditas, & ad motum æquabilem aptitudo, maximam partem ab æquabili spirituum animalium in reliquum corpus influxu dependet; hi enim in crasi & motu ritè se habentes sanguinis fluxilitatem in eodem usque & usque ténore conservant, secùs magnæ protinus cidentur turbæ. De dogma-  
tis hujus veritate palam testantur stupendi, quos animi affe-  
ctus in nobis producunt, effectus, qui commode ad duas re-  
ferri possunt classes. Unus horum effectuum est parca nimis  
justoque minor sanguinis à spiritibus animalibus irradiatio  
eorumque in cerebro & nervis, (amissâ aliquandiu mentis,  
motus quidem voluntarii autoris at consternatæ, libertate,)  
stagnatio: unde sanguis æthereo hoc & volatili motore de-  
stitutus, non satis agitatur, ejusque particulæ propius sibi in-  
vicem accedentes in grumulos hinc inde coēunt. Sic à su-  
bito terrore, metu, pudore, abscessus apertione, vulnusculo  
venæ inficto in homine, spiritibus aliâs turgente, contingit  
~~modum~~ ~~accidens~~, quam illico ~~accidens~~, hancque animi deli-  
quium excipiunt; cuius rei genuinam causam esse reor,  
quod spiritus animales Mam. Sam. & partes sanguinis circu-  
lationi famulantes, per aliquid tempus nec irradient, nec  
actuent. Hinc partes corporis cœtera sani, resolutæ ut plu-  
rimū frigent; forsitan & sanguis venâ sectâ emissus pelviisque  
exceptus eandem ob causam coagulatur. Sic & opiate, quæ  
vi suâ alkalina & diaphoreticâ sanguinem à coagulatione  
vindicant, petulantium spirituum motum sufflaminando,  
sanguinis simul motum temperant, tranquillumque redden-  
do dolores ab inflammationibus sopiunt. Nec alia redi-  
ratio potest, cur oborto somno sanguinis motus fiat placi-  
dior & lenior, menstrua à terrore, haemorrhagiæ à caute-  
rio supprimantur. Hic quid occurrit, quod tamen nemini  
obtrudam, sc. de remediis quibusdam externis, amuletis &c.  
quæ ut plurimum contra spirituum ferociam adpenduntur,  
quæ forsitan effluviis suis, modo quidem, ut fateor, mihi igno-  
to, spirituum petulantiam ita reprimere possint, ut iis ma-  
gni

gni & herculei morbi currentur, musco cranii humani hæmorrhagiæ, ungula alcis spasmi & epilepsia &c. Alter affectum effectus & huic omnino contrarius est nimia spirituum expansio, cum sine lege ac ordine velut cœstro quodam perciti huc illuc ruunt, ut omnes ferè corporis partes inde anomalas, imò subinde epilepticas moveantur. Id maximè manifestum est in ira, oculi namque micant, manus gesticulantur, irato rei sæpius ignaro; sanguis reliquique humores ob impetuosum particularum motum tenuiores, acriores ad excernendum, & quævis viscera inundanda fiunt promptiores. Quid, rogo, iratus est? Parum sanè ab Epileptico differt, torvum uterque videt, spumat, terram pedibus quatit, brachia jactitat, imò toto tremit corpore, pluraque alia à ratione aliena agit. Novi mulierculam, quæ quoties iræ nimium indulserat, furia representabat mores, membra horrendum in modum vibrabat, tantamque spumæ vim malelico ore evomebat, ut dæmoniacam quis eam facile credidisset. Huc referendum est effusum gaudium. Ob ~~avolum~~ metu subinde ne gutta quidem sanguinis ex incisa vena effluxit: econtra infixæ digito, aut cui alii parti exquisito sensu præditæ, spina adeo spiritus interdum laceffit, inque tantas eos excursiones adigit, ut M. S. cum tota, tum quoad minima, impetuissimè agitetur, & ardentissima inde febris oriatur. Sed ad ægrum nostrum revertamur: hujus M. S. viscida licet, sorpideque alias mota, jam ob rapidum, & incolumentati corporis summè noxium, spirituum animalium motum vehementer agitatur, ejusque particulæ lentæ crassæque in plures confringuntur, unde in majorem turgens massa, molem extendebat, ut, valsis omnem continere nesciis, necessariò pars alicubi, ubi maximus est impetus, substiterit, ibi transitum succedenti magis magisque prohibitura, quod ægro nostro maximè circa præcordia accidebat. De biliosa illuvie quædam jam dicam, quæ ægrum nostrum affixit. Credo tantam bilis vim, in subjecto aliæ minimè bilioso, natam fuisse ex ramentis illis & fragmentis tenuioribus in tumultu illo à sanguine abrasis, quam opinionem bilis natura non facit improbabilem. Hepar bilem à sanguine non segregat ejus tamen beneficio separatur; co-

Iam est. Colum nihil agit, tamen ejus ope aliquid fit. At sanguinis ille tumultus non diu duravit, ipsius nempe fragmenta brevi arctius quam unquam coiverunt, sufficiente destituta motore, spiritibus nimis animalibus, in immo-  
dica illa ira admodum dissipatis: tum ob novam rufus accedentem cruditatem: ob bilem enim in duodenum & ventriculum effusam, & ob spirituum defectum, cibi, quos qui-  
dem æger non admodum adpetebat, non in chylum sed vi-  
scidam resolvebantur putrilaginem, quæ in sanguinem rece-  
pta, eum usque & usque ad stagnandum reddidit aptiorem.

#### IV.

Lassitudinem, de qua æger noster ἀρθρίτις adhuc gra-  
ves instituit querelas, pluribus exponere supersedeo; ejus ta-  
men causam esse censeo insufficientem muscularum, ceu mo-  
tus voluntarii organorum, ob Spirituum penuriam, irradia-  
tionem, aut si mavis vegetationem, inflationemve; unde  
corpus ad motum fere impotens, sibiique sustinendo tantum  
non impar fiebat. Non loquimur hic de lassitudine tensiva,  
nec de ulcerosa, utpote quarum neutra in ægro adparuit, sed  
de tonica.

#### V.

De oris amarore pauca sunt, quæ dicam, cum ejus cau-  
sa ad oculum pateat. Bilis in ventriculum effusa sui generis  
halitus à se dimisit, qui linguam injuncto admodum sapo-  
ge inficiebant, summeque ingratum nerveis ejus fibrillis mo-  
tum imprimebant, quem si percipimus, amarum nos senti-  
ge dicimus.

#### VI.

Absolutâ parte historiæ nostrâ præliminari ad secundam  
jam accedimus, ubi totius morbi morem ærique statum or-  
dine nos exposituros promisimus. Observanda hic occur-  
runt morbi αὐξησις, seu ejus incrementum, summusque ejus  
gradus ἀκμή, & Ἑλακμή sive decrementum. Morbi status  
ἐπακμασίκος, de quo nunc loquar, durat usque dum critica  
adparent signa: Quid ἀκμή sit, nisi summus ἐπακμῆς gradus  
intelligatur, non assequor. Cum morbida seminia inte-  
grum ferè quatriuum in ægro nostro delituissent, (non quod  
interim omni caruerit molestia, semper enim de prostrato ad-  
petitu,

petitu, ore amaro, & lassitudine querebatur) germinare incipiunt, in herbam surgunt, inque multis perniciosum excrescent fructum, quem PLEURO - PNEUMONIÆ nomine insigniemus. Quarta, postquam excanduit æger, die, sub vesperam, quo tempore ob diapnoën non adeò liberam plures affectus exacerbantur, morbi præludia sentit. Immani corripitur cardialgia; hæc non cordis, ut græca vox innuere videtur, sed superioris ventriculi orificii dolor est: Cur non et totius subinde ventriculi? *σομαχαλγία* melius diceretur. Doloris hujus causa semper est acre quid, pungens lancinans, continuumque membranæ summè sensilis solvens; in ægro nostro saburra fuit amara, bilis cibiique ab ea corrupti, quæ ob sui in ventriculo moram adeò degenerarunt, ut, quibus hactenus satis erat producere inaduentiam, (quæ tamen Spirituum defectui non parum quoque debebatur) molestissimam in nervea ventriculi tunica sensationem excitarent, & acerrimis suis spiculis tenerimas fibras dolorosè admodum crisperent, levemque forsan, sanguine ob spasmos stagnante, inflammationem excoriationemque inducerent.

## VII.

Hanc *σομαχαλγίαν* sequitur, vel potius comitatur, horripilatio, horror, cum levi rigore. Horror & rigor non nisi secundum magis & minus differunt; Hieme pro diverso frigoris gradu modo horremus, modo rigemus. Causa hujus symptomatis est gemina, vel externa vel interna, eodem utraque operatur modo; si mitior, cutem tantam, si autem acrior & vehementior, substratos etiam musculos afficit, ut varii in utrorumque fibris spasmi & convulsiones orientur. Externa causa comprehendit omnia multum nobis frigidiora, maximè aërem & aquam, quæ si frigoris excessu peccantia cutem tangant, statim nerveæ ejus fibræ certo & peculiari modo moventur, & ita subito stringuntur, ut etiam glandulæ cutaneæ inter has fibras dispersæ suum reddere serum non possint, unde cutis fit anserina. Si quis æstuantem me manu frigida tangat, totum corpus horreo. Imd quoniam id ut plurimum hieme fit, ita huic judicio adsuescimus, ut si quid cutem eodem afficiat modo, frigere nos putemus, licet

calentes. Si autem aëri simul acria salina spicula innatant, non extremos tantum cutis nervos vellicantia, sed violenter adeò lacinantia, ut motus ulterius propagetur, tam simul rigemus. Mirabitur quis, me frigus hibernum in partium quiete non ponere; sed consideret frigoris effectus, qui omnes de violentissimo testantur motu, arbores & saxa dissipant, aqua non nisi summa quadam vi congelatur. Interna causa cutem subjectosque musculos afficit vel per se, vel per consensum. Per se, cum limfa, forsan acida, viscida, in cutaneis ob lentorem glandulis stagnans, ibidem aggeritur, suisque spiculis cutis nervulos ita stringit, ut aqua & aëris hieme. Virginibus cacheoticis, quibus limfa præter lentorem simul peccat aciditate, horrores sunt frequentissimi. Nonnumquam limfa hæc, glandulas obstruens, & diapnoen multum impediens, ab insequente æstu & concitatori sanguinis motu, cuius suprà causam dedi, ita exagitatur & inciditur, ut in febribus intermittentibus, ut sub sudoris specie è corpore eliminetur. idque bono semper omne: non raro autem glandulæ cutaneæ ita à visco hoc obstruuntur, ut ob impeditam transpirationem multum quidem æstuant, at nihil fudent; & sic pejus semper degunt. Causa horroris & rigoris interna per consensum, est aliqua partis internæ membranaceæ inflammatio, & quidem ob mirum, quem membranæ nervique habent consensum; novi hominem, qui, quoties mingit, minutum circiter post toto riget corpore, ob levem vesicæ & urethræ excoriationem. Hanc forsan ob causam omnes internarum partium inflammationes, quarum nomina in ins. desinunt, ut *thoracis*, *isthmus*, *gastros*, *innominalis*, *phrenitis*, cum horrore & rigore invadunt, & frequentes rigores in intermittentibus & hecticis de inflammatione & abscessu testantur. In ægro nostro causæ hæc concurrisse videntur omnes: aëris erat humidus & satis frigidus; limfam ad stagnandum fuisse aptissimam suprà dixi; tandem de interna aliqua inflammatione summa & horrenda cardialgia non levem nobis movit suspicionem, quam sequentia symptomata non parùm confirmabunt.

### VIII.

Dum adhuc horret æget, bilis demud turget & urget,  
inque

inque ventriculi cavum, inversa intestini duodeni ~~ω~~<sup>α</sup>ε<sup>τ</sup>ισολη<sup>η</sup> eruptata civit vomitum. Bilem vomitorii vices egisse hic quis neget? acrior enim facta usque adē degeneravit, ut non solum nerveam ventriculi tunicam molestissimè vellit cando cardialgiam produceret, sed virus suum ulterius propagaret, mediante nimirum nervo in tunicae formam expanso motricibus ventriculi fibris tam violentum inducendo motum, ut velut contra communem aliquem hostem insurgerent, spasmisque initis, qui fatiscentium ventriculi spiritum extremus ferè erat conatus, acerrimam & amaram è corpore saburram extruderent, id quod etiam bis iterato impetu feliciter satis perfecere: huic tamen vomitioni glandulosam & nerveam tunicam, à bilis acrimonia aliqualem excoriationem passam, suum quoque adjecisse calculum facile crediderim.

### IX.

Æger est perturbatus & anxius. Cujusmodi turba universalis & anxietas, ut & frequens acutis febribus πιθασμός, ut plurimum ortum suum debet partis alicujus vel notæ nobis vel ignotæ inflammationi, & dolorificæ ejus sensationi, circa quam mens ita occupatur, ut non nisi tristem & molestam objecti continuo afflignantis ideam habere, nec aliam sibi fingere possit: ex quo principio melancholiæ, imprimis hypochondriacæ, γένεσι demonstrare facile est. In ægro nostro quin primaria anxietatis causa fuerit aliqua ventriculi tunicarum inflammatio nullus dubito, quæ ob impedimenta diapnoën, & retentas in corpore fuligines non parum augebatur. Quærat autem quis qui inflammatio sponte posteā remiserit? Resp. sublatâ causâ tollitur effectus: causam ejus præcipuam statui acrimoniam bilis, quâ amotâ & remotâ multum cessavit inflammatio, sanguinis circuitu per stomachi vasa liberiore reddito; ὅρρῳ δεις οὐ φλεγμονα, à limfa vel bile tenuiore acrioreque inductæ, ut citò sunt, ita quoque citò rursus vel sponte naturæ, vel artis operâ tolluntur. At rigorem, molestumque frigoris in toto habitu sensum non parum ad rem fecisse puto.

### X.

Æger interim perturbatus, horrente adhuc cute, com-

mittit se lecto, at inquietè dormiens totam ferè noctem inter terrifica terit insomnia. Æger ob glandulas cerebri eadem, quæ cutanæ, limfa obstructas, spirituumque penuriam facile obdormiscit, maximè cùm affligens ventriculum materia vomitu fuerit rejecta: nihilominus eadem, quæ vigilantem perturbavit, causa somnum jam reddit turbulentum; particulæ enī sanguinis ob continuum ejus motum abrasæ, &c. è corpore sub fuliginum nomine excludendæ, propter obstructa secretionis organa eliminari nequeunt, quare reliquam massam multò crassiorem aggrediuntur, majorique motus gradu ipsi communicato, particulisque crebro attritu mobilioribus factis, impetuose adeò per vasa pellunt, ut hinc inde, (maximè in partibus ubi motus ejus in statu etiam s. n. solet esse concitatissimus, nimirum pulmonibus, pleura, forsan corde & mediastino) stagnet, non enim tam facile tamque citò angustias illas eluctari poterat: unde spiritibus modo quodam injucundo affectis somnus fuit turbatus. Scire si quis aveat, cur æger interea insomniis adeò fuerit territus? id nos ei responsum damus, insomnia s. n. non parùm differre à p. naturalibus: illa oriuntur, quando spiritus animales cerebrique fibræ interdiu ita moventur, ut noctu à levi causa motus renovetur: hæc ut plurimùm terrifica & molesta natiales suos debent tristi alicujus partis (ut in ægro nostro lateris partiumque vicinarum) sentationi, ad commune sensorium delatae, varia naturæque objectorum congruentia producere valenti phantasmatæ. Rem ita se habere testantur, qui incubo noctu corripiuntur; quibus genitale virus turget, & impudica suggerit somnia. Memini charissimam aliquando matrem austera se pyra comedere somniantem, excusso somno de tanta faucium constrictione & angustia fuisse conquestam, ut adstantes nos ipsam suffocatum iri metueremus. Et quid melancholia est? somnium vigilantis, eandem agnoscent causam proximam.

## XI.

Tandem spiritus in locis affectis hospitantes, ob intensiorem semper motum, alios vicinos quoque in consensum trahunt, donec motu ad sensorum usque commune propagato, istuque quovis citius continuato, omnes unà dato velut

Iut signo ad arma vocati evigilarent. Evigilans æger cum aperto vitæque insidias struente hoste rem se habere compedit: verba angustias & dolores satis experientia ipsum ferè deficiunt; affligit dolor lateris dextri acutissimus. De hoc symptomate, utpotè quod eum expergeficit, primas æger querelas instituit, forsan ejusdem lateris pulmonum lobi præcessit inundatio. Sanguis in pleuram, acutissimi sensus membranam, effusus pimo unam saltem & alteram nerveam ibi fibras laceravit, unde spiritus velut ab infixa spina lacefitti violenter per totum disjiciebantur corpus; hinc sanguinis accelerari motum, ejus in latus influxum augeri, pluresque pleuræ fibras rumpi, spiritusque, quod in omni sit dolore, admodum dissipari necesse fuit: quo ex fundamento claret, cur sanguis aliâs non adeò mobilis, sœviente aliquandiu dolore, ita rapide moveatur, ut & ardentissima inde febris accendi possit. Id quod ægro quoque nostro frigido aliâs accidit.

## XII.

Idem etiam inter morbi initia summa statim respirandi laboravit difficultare, deque pondere præcordiis incumbente fuit conquestus. Ut autem de symptomatum horumcæ ratione nobis constet, tenendum; ad respirationem, si ritè se habeat, & inoffensè procedat, 1. spiritus requiri animales: 2. inter respirandum aliquid extra nos situm pulmones ingredi: 3. extranei hujus corporis receptacula esse bronchia cum appensis iis vesiculis: 4. corporum penetrationem dari nullam. His fundamenti loco positis ultrid sequitur, aërem pulmones materia aliena obfessos subintrare non posse, nisi adhibetur vis materiæ illi expellendæ sufficiens. Ad expeditam respirationem animales requiruntur spiritus, qui musculis thoracem dilatantibus robur & vigorem inspirare valeant; hisenim vel defieientibus, vel justo parcius eo transmissis, nulla vel laboriosa erit respiratio, et si pulmonis viæ patulæ satis sint & liberæ. Contra si vegeti sint & copiosi, musculosque inspirationi famulantes satis actuent, ampliato pectoris cavo vicinus aér premitur, qui, cùm perpetuè asperæ arteriæ capiti incumbat, descensumque affectet, bronchia & vesiculosam pulmonum partem subiens, impactum iisdem

ceretur, particulas ipsius sanguinis ad statum s. vel p. naturalem magis vel minus esse reducibles. Quid nisi ita esset, quis assere auderet aliquem, qui morbo acuto cum maximis & funestis ferè symptomatibus laborat, & tamen convalescit, plus habuisse sanitatis, quam alius benè comedens, ~~apfors adi~~, at phthisicus; plus enim eum habuisse necesse est, cum alter moriatur ut plorandum. Formalis phthiseos ratio in nimia, & penè incortigibili partium massæ sanguineæ fusione & confractione consistit, inde enim ad nutritiōnem fiunt inutiles; si autem adēd sint adtritæ, ut per omnes ferè corporis partes elabantur, (nam si habeo tubulum rotundum utrinque pervium cuius diameter est 2. non retinebit corpus itidem rotundum, cuius diameter est 1.) per corporis circumferentiam, per alvum &c. tum spes ad futurum habitum periit. Alterum ~~xeristow~~ requisitum est subtilis materiæ accessus: Hæc enim continuis ictibus, & saepius iterato suo impetu partes humoris judicabilis, hoc est, cujus resistentia justam cum ea proportionem habet, frangit & comminuit, comminutisque majorem motus gradum, quem in omni crisi subpono, communicat; à rapido autem hoc motu partes antea asperæ, crassæ, fiunt obtusæ, mites, tenues (id quod probant omnes fructus & humores acerbi, à natura vel artis ope cocti & mitigati, ut poma, pira, uvæ &c. mitescunt enī, si etiam immatura probè super ignem coquantur) & ad proprium sibi excretionis modum aptæ redduntur; sanguis non excernitur per glandulas, nec serum per arterias: & in hoc omne coctionis & fermentationis negocium consistit. Materia autem subtilis crassas sanguinis partes frangit vel immediate, quod fit, quando morbus absque medicamentis judicatur, & tum natura eum sanasse dicitur: vel mediately, beneficio scil. medicamenti, cujus partes ipsi pro instrumentis serviunt; si quid manibus confringere nequeo, utor cultro, securi &c. Rem ita se habere nemo dubitabit, cui soliditatis & fluiditatis natura, ut & tardioris citiorisque particularum in liquidis motus causa est perspecta. Quotquot ~~xeristow~~ sunt genera, omnia de partium humoris judicabilis comminutione testantur. Sumamus ~~xeristow~~ exemplum palpabile & crassum, sed admodum conveniens

niens; sit obstructum orificium uretheris à calculo aspero, inæ-  
quali & majori adhuc, præut capere & transmittere cum ure-  
ther possit: quis fieri posse putet, ut infractus & integer tran-  
seat? unum adhuc; si ex materia lenta & viscida fiat tenuis  
& fluxilis, præter motum autem ipsi accedat nihil, ut sit in  
crisi, qui talis obtinebitur mutatio, nisi comminutione par-  
tium corporis viscidi crassarum & lentarum, in quibus ejus  
viscum consistit? Quomodo plumbum, cera, aliaque fundun-  
tur? quomodo fructus maturi mollescunt? nisi eadem hâc  
ratione. De diebus criticis nil certi potest dici: est acci-  
dens, quod pendet à majori vel minori partium humoris ju-  
dicabilis fragilitate. Omnis crisis universalis est, nec ulla  
datur particularis, nisi à loco per quem sit, denominare eum  
velis, sit autem ut plurimum per alvum, urinam, sudorem,  
salivationem, hæmorrhagiam, raro per glandulas oculorum  
aurium &c. Si autem humoris judicandi partes non satis con-  
fringantur, ut, prout decet, excerni non possint, sit crisis,  
quam imperfectam dicunt, qualem in parotidibus, aliisque  
humorum ad excretionem non satis aptorum *μετασάστει* cer-  
nere est: at subinde plus æquo atteruntur, unde sanguis  
nimis fluxilis, ejusque partes justo fiunt minores, tum ali-  
mentis aut medicamentis utendum, quæ partes abrasas &  
avulsas restituunt; & sic in *ωροθέτεις* & *αφαιρέσεις* totius me-  
dicinæ cardo versatur. Jam non erit difficile hæc ad ægrum  
nostrum transferre; correctâ enim & sublatâ morbi causâ,  
symptomata, velut umbra remoto corpore, sponte evanue-  
runt, h. e. incisa semel & sufficienter attenuata viscida lim-  
fa, nihil non commodi in ægrum nostrum redundavit:  
omnes, haec tenus ferè otiosæ, ad muniasua redibant glandu-  
læ; cutis secernebant sudorem, integrum triduum durantem;  
renum urinam, unde massa sanguinea sordido suo onere mul-  
ta fuit levata, adque statum naturali quam proximum re-  
ducta; oris & faucium salivam, sitis medicinam; cerebri spi-  
ritus animales, unde vires restauratæ; ventriculi spirituo-  
sum suum succum, unde appetitus; materia autem in pleu-  
ra & pulmonibus hærens pleraque resorbebatur in sanguinem  
per commodiores excernenda vias, superstes autem ita  
quoque comminuebatur, ut, quæ deinceps per os rejecta fuit,

non

non amplius esset viscida, sed probè cocta, & ut nostrates dicunt gebrochen / fracta, tenera, alba, persanatisque pulmonum ulcusculis nulla. Dum hæc ita sunt, tantum urinæ per renes secernebatur, ut vesica citius ea impleretur, quam stimulum ejus sentiret: interim, stricto vesicæ spinere, urina magis aggerebatur, & motrices vesicæ fibræ adeò magno cum dolore, distendebantur, ut exprimendis contentis essent impares. Indicationes ergo erant, spincteris stricturam solvere quam citissimè, musculosis autem vesicæ fibris amissam sese restituendi vim & elaterem reddere, urinamque, si fortè nimis foret crassa, attenuare. His indicationibus satisfiebat unico subsidio, quod fuit vinum rubrum, in quo decoquebantur aliquot cœpæ & manipulus gran. junip. (euporiston certè quod in ischuria vesicali nunquam fecellit Patrem) abdomini quàm calidissimè cum linteis adplicatum, à cuius usu duas illico matulas urina crassa & turbata implevit; jurare ausim, me tantam contentorum copiam in urina nunquam vidisse; latrum farinam æmulabantur, nihil autem erant præter ramenta & fragmenta, in lucta illa critica à crassis sanguinis & limfæ partibus abrasa. Et sic æger præsidio naturæ, & subsidio artis fuit judicatus. Quid Medici intelligant, cùm dicunt, crisim esse naturæ conatum, nescio; ego per naturam intelligo magnum illud Dei organon, materiam subtilem.

### XLII. XLIII.

Tertia & ultima nunc historiæ hujus sequitur pars, quæ exponit sartoris nostri statum post feliciter satis superatum hunc mōrbum. Belle comedebat, siti carebat, benèque dormiebat, sudoribus tamen nocturnis ipsum adhuc vexantibus. Felix ter & amplius medicus ille, qui morbo, cui medetur, didicit esse parem, non majorem, plus, quàm oportet, agendo, multo minus minorem. Medicus, fateor, hic egit paulò plus, sed debuit, nec aliter potuit; partes humoris visidi erant frangendæ, aut ægro pereundum; sed quia erant lentæ & molles, non duræ, nimis solvebantur: unde quæ ante peccabant crassitie & nimia mole, jam peccarunt parvitate & mobilitate. Sic miser sartor ab uno excessu incidit in alterum, & ex fumo ferè in ignem; quod multis familiare

# CARMEN MUSICOLOGICUM

бн3.дт.зз.ни.ам.и.а.

卷之三

iisdem humorem cum stridore & roncho perrumpit, imo  
è dictis tandem partibus ipsum, accedente validâ satis vi, &  
tussiendi crebro nixu excutit: hinc tussientes multum inspi-  
ramus. Si autem bronchia & pulmonis vesiculæ infarctæ  
sint humore quodam, sive crassus ille sit sive tenuis, insu-  
perque spiritus pro aëre copioso, pulmonibus impellendo,  
humoreque cum eo expellendo deficiant, aér profundè ne-  
quaquam descendit, sed ad proximum obstaculum ejus si-  
stitur decursus, & majores saltem tracheæ ramos subit, mi-  
nores, vesiculosque minimè; unde respirationem fieri diffi-  
cilem & sublimem necesse est: unde quoque sanguis ob par-  
cum aëris cum eo congressum lentescit; latus tamen hic  
cruor sæpe propter dolorem aliquandiu excruciantem rapi-  
dè satis circumpellitur. Quia autem thoracem liberè alias  
dilatare consuevimus, libertate hâc amissâ, nescio quod pon-  
dus ipsi incumbere imaginamur. In nostro & spiritus de-  
fecisse, & pulmonum vesiculos limfa glutinosâ & sanguine  
extravasato fuisse inundatas, manifestius esse credo, quam ut  
ulla indigeat probatione,

### XIII.

Æger reliquum quidem noctis transegit insomne, do-  
lor & angustiæ nullas concedebant inducias, sanguis, seu  
mavis, limfa cruenta, & rapidè ob dolorem mota, in parte  
jam affecta majori aggeritur copiâ, nihilominus, qui pessi-  
mus multorum mos est, cùm fuerit morosus nonnihil, po-  
stridie nec Medico utitur, nec medicamento, licet utriusque  
admodum indigus: cùm autem malum invalesceret, inque  
pejus omnia semper ruerent, imploratur D. X X I. Parentis  
mei auxilium. Promtus adeſt, ægrumque offendit de acer-  
rimo lateris dolore querentem, anxiè respirantem, subinde  
licet inaniter & cum dolore tussientem, nam affectum inde  
latus miserrimè succutiebatur: circa præcordia cum ponde-  
ris quodam sensu æstuantem: pulsus erat debilis cum cita-  
to cordis tremore: urina, ut omnium penè pleuriticorum,  
erat crassa, pauca, turbida. Punctoriū lateris dolor suum  
debebat ortum nerveis pleuræ fibris à stagnante & extra va-  
sa hærente sanguine; anxia respiratio cum præcordiorum  
æstu & pondere erat soboles sanguinis partes affectas, quæ  
non

non pleura tantum fuerunt, sed & pulmones, forsan etiam cor cum mediastino, inundantis, nerveasque fibras justo vehementius agitantis, in quo nimii caloris natura consistit. Sanguinem enim, acore imprimis vitiosum aut salsum, si non expeditè ipsum circulari contigerit, calorem cum pruritu excitare probant leves perniones. Paucis nunc inquirere lubet in celeris & debilis pulsus tremuliue cordis motus causas, Ob continuum quidem dolorem spirituum reliquæ admodum exagitabantur, obque violentas eorum explosiones cor saepissimè vibrabatur, sanguis tamen lentus, nec unam ob causam viscidus & tenax ægrè se promoveri patiebatur; proin licet cor saepissimè in spasmodicos adigeretur motus, non tamen sufficiens pro arteriarum dilatatione sanguis impellebatur, inque iis fermè stagnans non satis promovebatur, unde pulsus debilitas, ejusque ob crebriores cordis nisus celeritas. Urina ob seri, per renum tubulos fluere apti, paucitatem erat pauca, sed tamen ob aliquas in hoc tumultu sanguinis partes, fibrosas imprimis, confractas, at in vesica denud congressas crassa & turbida.

#### XIV.

Ingens totius corporis, faciei imprimis, æstus, ex eodem derivandus est fonte; ille quidem molestus erat, propter sanguinem, continuo quidem motum, at parum promotum, nerveasque ubique fibras nimis commoventem, dolorem tamen ob insufficientem motum producere haud valentem. Calorem & dolorem nonnisi gradibus differre, testis est aqua calida & fervida: hic, faciei sc. intensior erat ob nervorum consensum, qui faciem inter & præcordia est tenerimus.

#### XV.

Sitis simul aderat intensissima. Quid sitis sit, si quis scire cupiat, sciat oportet, 1. sitim esse certam adpetitus species, occupati circa corpora per se fluida, aut quæ facillimè fluant, si fluida alia tangant. 2. hunc adpetitum in nobis excitari commercio nervorum, peculiari modo motorum. 3. motum aliunde nervis accedere. 4. sitis absentiam oriri ab humore dulci, aut limfâ blandè acida, linguæ, faucium & gulæ membranas irrigante, fibrillas nerveas laxante, &

C

suaviter

suaviter demulcente, & non nisi moderatum sitiique excitandæ insufficientem motum efficiente. sc. à rebus acidis, nitrofisis, subinde nimis dulcibus ( qualia sc. medicamenta in nimia siti indicantur) oriri in modò dictis partibus motum, ei, quia sitim requiritur, adeò contrarium, ut si uvas, poma, pira, aliosve horæos fructus comedimus, cùm hieme frigemus, aut æstate in frigida natamus, humidum quid oriingerere avensemur. Inde certo concludere licet, sitim tum I. tum p.n. oriri I. à salivæ blandæ, sitimque aliæ fallentis defectu aut viscositate; hinc enim nerveæ fibrillæ siccantur, tenduntur, & ita moventur, ut homo, imò & bruta hunc motum percipientia, naturæ instinctu, malo quærant medelam, quam cùm non nisi ab humidis se olim accepisse recordentur, anxiè ea quærunt, & reperta avidè hauriunt. si à salivæ oritur defectu, medentur aquæ; si ab ejus viscositate, incidentia, eamque fundentia, volatilia, diaphoretica, sal arm, acida verò nocent, si acetum ob volatile suum excipias. II. sitim & quidem vehementiorem excitari à rebus acribus vel in ipsis oris glandulis & membranis hærentibus, vel foris accedentibus; sic post comedtos piperatos nimis falsosque cibos sumus siticulosi, imò multi ægri à sanguine acri, falso, talibusque vaporibus admodum sitiunt, & fauces ipsis assantur quasi & aduruntur, quod deploratae phthiseos sanguinum habetur. (observandum quoque in febribus acutis, linguam veluti corio quodam ob salivam incrassatam incrustari, quod tamen crebris oris collutionibus in ægro nostro præventum fuit) Ab omnibus hisce causis nerveæ sitis organorum fibrillæ, quorum auxilio motus sitificus ad cerebrum propagatur, ita crispantur, ut inde talis in communi sensorio excitetur idea, quam sitis vocabulo alligamus, optimeq; aliis exprimimus. Referamus hæc ad ægrum nostrum, ex supradictis liquidò patet, sanguinem ejus & maximè limfam, quæ salivæ est materia, admodum fuisse viscidam, ut pauca inde saliva & lenta potuerit generari, unde lingua & fauces blandimento suo destitutæ, & insuper ab acribus & pulmone inflammato surgentibus effluviis, irritatæ sitis ideam & humidi appetitum in mente excitarent.

Examinandum adhuc superest, quomodo æger fuerit curatus. Nemo negabit, ad felicem morbi curationem accuratam causæ morbificæ & loci affecti requiri cognitionem; Medico enim quid agendum ipsi sit, indicant: causa quidem proxima indicat remedium, pars affecta, cum reliquis circumstantiis, remedii materiam rectumque usum determinat. Præcipue indicationes seu medendi scopi, hic considerabantur duæ; quarum prima & principalis desumebatur à causa hunc morbum & ejus symptomata producente: quæ cum fuerit sanguis viscidus & lentus, sui indicabat attenuationem & volatilisationem. Altera, non minùs necessaria, petebatur à parte affecta, quæ alienæ materiæ ibi hærentis postulabat ablationem. Et sic habebamus remedia, quorum termini semper sunt oppositi morborum terminis. Quia autem remedia hæc sunt entia rationis, quibus morbus haud curatur, summè tamen sunt necessaria, quoniam Medico, quid agere ipsum oporteat, quid non, digito veluti monstrant, vi nempe contrariorum. Parens meus, Practicus sanè dexterimus, primo statim intuitu cognovit, morbum hunc soli naturæ præsidio non posse committi, sed ad ejus curationem artis requiri subsidia: quare de ægri validine sollicitus, tria medicinæ armamentaria lustrat, arma inde, profligando huic morbo idonea, deprompturus, nec quicquam omittit, quo indicationum scopus obtineri possit. Imperat statim diætam tenuem, erat enim morbus acutus cum summo labore: aphor. 7. f. 1. offeruntur aliquoties in die jucula blando dulciique carnium volatili sale imprægnata, naturæ hominis, huic imprimis morbo, aptissima: interdicitur usus vini, ob acidum in hoc morbo semper noxii, & sputa statim subprimentis, febrim & inflammationem intendentis, & delirium inducentis: ejus loco substituebatur decoctum pectorale, infrà notandum, partium tenuitate glutinosam limfam incidens. Frigus omne arcebatur studiosissime, quo nihil pejus in hoc affectu; novi, qui in portu jam navigantes, ab incautiæ suscepto frigore, suppressis sputis, mortui sunt. Contra aër tum frigidus & humidus corrigebatur arte, aër enim moderatè calidus & tenuis ad

materiæ coctionem morbi que curationem non parum facit. Sed nec diæta tantò sufficiens credebatur morbo, erat enim magnus, par ergò indicabatur remedium: quare aliunde quoque petenda erant subsidia; è chirurgia atrisit nullum, detrahere sanguinem fuisset ineptum, & ob subitum virium casum, temerarium, nec speciali indicationi satisfactum: erat quidem evacuandum, ast non per venam. ἀ δὲ, ἄγειν τάντη ἄγειν ὅκῃ αὐτὸν μάλιστα ἔτειν ή Φύσις, Διέφερεν ξυμφορῶνταν χωεῖσιν. Vbi sanguis in vasis luxuriat, idque permittunt vires χωεῖσιν ξυμφορᾶς vena est aperta: sed cum is non abundavit, viresque essent prostratae, nec secta fuit vena. Cognita enim materiæ peccantis & abundantis conditione, facile inventa ipsi fuit via; & quidem limfæ sanguini adhuc mixtæ, ceu foventis morbum causæ, fuit habitus corporis seu cutis, via certè latissima, & in affectu hoc naturalis, eò enim vergit natura. Pulmonum autem & pleuræ excretionis viæ erant partim venæ, partim aspera arteria. At simul diligens symptomatum habenda erat ratio. Medicus igitur, si ita prudenter secum est ratiocinatus, cognovitque, quid sibi agendum sit, limfam nempe lentam esse incidendam, superfluam excernendam; acidam & acrem corrigendam, materiam pulmonibus & pleuræ impaetam per αὐτὰν εvacuandam, respirationem faciliorem reddendam, cutis impeditam transpirationem promovendam, æstum temperandum, sitim restinguendam, doloremque sedandum; sedulò dispiciat, quomodo symptomata, tum à se, tum à morbo dependeant; & an cuique indicationi peculiari subsidio sit succurrendum, vel an detur potius tale, quo omnibus & singulis satis possit fieri: & in hoc magna pars prudentiæ medicæ consistit. Medicus Parrens omnia hæc sperebat ab ita dictis antipleuriticis, volatilibus & fixis; utpote quæ partium suarum tenuitate atque mobilitate crassas sanguinis partes, (hæc enim maximè ipsorum motui resistunt) confringere inque plures dividere, & ita sanguinem liquidorem reddere valent: has enim constanter vires exserunt. sanguis nunquam fit fluidior, nisi crassiores ejus partes comminuantur. Maximè glandularum cutanearum haec tenus obstructiones hoc subsidii genus suadebant: si quis in hujusmodi morbo cutem probè reddidit perspirabilem,

Iem, næ is multum præsttit, & rard quis morietur, qui bene sudavit; percutem enim longè maxima, & major, quam vulgus credit, materiæ peccantis copia excerni potest. Limfa quoque viscida cruenta, in pulmonibus & pleura, tam intra quam extra vasa hærentis, his medicamentis optimè solvi, pars in venas retrudi, reliqua ad expectorationem apta reddi potest: his obtentis, cætera symptomata, sicut umbra remoto corpore, evanescunt. Respirandi difficultas & latetis dolor soboles erant sanguinis & limfæ, in pleura pulmonibus & vicinis partibus hærentium: æstus corporis pendere videbatur à sanguine aquoso, acido aut salso, ob lentorem ferè immoto, qui sua tamen acredine nervos motu, caloris sensum excitante affecit: sitis quoque suum debebat ortum limfæ viscidæ, salsa. At quia materiæ peccantis adfuit copia satis ingens, id medicamenti usum aliquoties repetendum indicavit; si medicus hoc non cognoscat, prudens & perspicax dici nequit. Parens itaque, ratione & experientia fultus, sequentia præscripsit medicamenta. Rq. Antim. diaphoretic. 3s. Ocul. cancr. præparat. Mandibul. Luc. pise. Rasur. deut. apr. ana. gr. XVI. cinnab. antim. gr. VI. f. pulv. divid. in 2. part. aequal. sumendum cum aqua hac, Rq. Aq. chærefyll. C. Mar. papav. erratic. ana. 3j. Mixitur. simplic 3s. syr. papav. alb. 3s. simul quoque præscribebatur Mixtura eidem usui inserviens. Rq. Aq. flor. lil. acac. lil. convall. de rub. id. an. 3j. aq. cinamom. b. 3ij. pulv. Parens mei diaphor. (qui hic est Rq. Antim. diaphor. 3j. C. C. philosoph. præpar. Dñs Bezoard. miner. Dij. cinnab. antimon. Dij.) Dij. Liquor. C.C. succ. Dij. Essent. ambr. l. Ds. Julap. rosac. 3vj. M. ad vitr. alle stund 3. Löffel voll zu nemmen: nunquam certè satis est prædicandum hoc medicamentum ob egregias, quas exserit, vires.

### XVII. XVIII. XIX. XX.

Nec Parens spe suâ excidit, nullusque dubito, quin æger prorsùs convaluisset, nisi nimiùm difficilis & morosus medici conatus restitisset, medicamentorumque usum repetere noluisset. Quamprimum ancilla è pharmacopolio medicamenta attulit, ægro propinatur pulveris antipleuritici dosis cum dimidio aquæ, & ad sudorem se componere, sique sudor erumperet, ciebrò cochleatum sumtâ mixturâ eum promovere, fatiscentesque spiritus refocillare jubetur; altera dosis

In crastinum servata eodem dabatur modo , nec sudor emanat utrâque vice : tinctura enim medicamentosa , constans ex particulis summè agilibus,& peccanti imprimis materiæ proportionatis,in sanguinem cum per gastricas venas,tùm per lacteas recepta torpidas ejus partes agitat , resistentes frangit, crassas & viscidas contundit , breviq[ue] per totam ejus massam virtutem suam, mediante cordis motu, diffundit ; unde triplex potissimum in ægrum nostrum redundavit commodum. Primò hujus medicinæ usum secuta est satis larga materiæ morbificæ per corporis ambitum exclusio. Executiamus paucis formalem sudoris rationem. Ad eliciendum sudorem semper tria requiruntur, 1. materia per sudorem excernanda sit fluxilis , & cum sanguine arterioso ita confusa, ut, si sufficienter moveatur, secessum ab eo facere possit: hinc in hydrope confirmato, ubi massa sanguinea sero benigno magnam partem est depauperata, sudorem nullâ vi, nullâ arte elicies. 2. Instrumentum secretorium & excretorium,(quod sunt cutis glandulæ & fibræ) aptè sit conformatum ; si enim glandulæ vel sunt scirrhosæ,vel sordibus,per eas excernendis, obstructæ , vel à circumjacentibus fibris nimium constrictæ , quod in febribus malignis, aliisque male judicatis,accidit : & tūm non nisi p[ro] obè fricta, & fotu calido incidente detersa cute sudor prolici potest. 3. Materia excernenda debitè agitur ; quod fit vel à motu vehementiori, vel à calore fornicatus accedente , vel in seipsum reflexo , ut in febribus intermittentibus, aliisque cum rigore molestis ; vel à particulis medicamenti alicujus massæ sanguineæ indomabilibus , vel denique à materia aliena in sanguine medicamenti vices peragente, quod fit in phthisicis , aliisque sudoribus nocturnis diffluentibus. A partibus itaque medicinæ, volatilibus alkaliniis viscidus ægri sanguis fusus, glandularum sub cute obstrunctiones sublatæ, limfa liquata, velocius mota , crebrisque ictibus & valido attritu crassæ ejus partes solutæ, excretionique idoneæ fuerunt factæ. II. Pulmones obpressi sarcinæ parte liberantur , æger enim spuit subcruenta , cruda, viscida, & ob aërem admixtum spumosa. Eadem tinctura medicamentosa sanguinem quidem,cum copiosa & lenta limfa,in pulmonibus stagnantem ,& grumefactum solvit, ejusque partem mobiliorē per

rem per venas refluere cogit, ast reliqua fluidior quoque & tenerior facta, & consequenter magis agitata, sensiles admundum bronchiorum fibras titillat & vellicat, hæ thoracis musculos in consensum trahunt, qui statim convulsivè moti, peccus, sed valde prius diductum, subito succutiunt, cumque ære magnam simul copiam sputi, nondum satis cocti, & tenuis, per asperam arteriam, repetitis vicibus, ejiciunt. Pro incidentia limfa, & sanguine ad excretionem promptiori reddendo, & spiritibus simul ad hoc opus summè necessariis restaurandis, crebro dabatur laudata mixtura. Quærenti forsan qui sanguis è vasibus extrusus æquè à medicamentis possi affici, ac qui eadem adhuc fluitat? respondeo, commercium inter sanguinem in partem aliquam effusum, & reliquum non adeò interrumpi, nisi osculis, per quæ emanavit, occlusis, ut videre est in aneurismatibus, quorum tria à D. Parente felicissimo successu persanata vidi, repulso in vasa sanguine, qui per aliquot ibi hebdomadas substiterat, vulnusculoque deinceps callo quodam obducto. Dicimus ergo tinturam medicatam massæ sanguineæ mixtam per eadem posse elabi arteriarum oscula, per quæ sanguis, & sic eosdem utrobique effectus producere. III. Dolor lateris penitus cessavit: materia enim peccans, non adeò magnâ quantitate (nec dum forsan procul extravasa) in pleura subsistens, doloremque ibi excitans, ita potuit solvi, ejusque partes, mutuo ad se invicem accessu immobiliores factæ, ita comminui, ut facilè per minuta vasculæ circulari, reliquæque massæ potuerint jungi. Interim & sitis multùm remisit; limfa enim multò fluidior facta facilè in glandulis oris, faucium & linguæ separari, & easdem partes suaviter demulcere potuit. Simul & æstus ob spiritum placatum, transpirationem liberiorem, fuligines dissipatas, sanguinisque circulum expeditiorem, remissior fuit fastus, superstite adhuc aliquali respirandi difficultate, quoniam pulmones materiâ alienâ nondum penitus erant purgati.

### XXI. XXII. XXIII.

Hoc non obstante æger, qui evasisse sibi videbatur, à Medico eò non potuit adduci, ut antipleuriticorum usum continuaret: sed integrum *νυκτιμερον* absque medicamentis maximo

maximo suo damno vixit; halcyoniis tamen suis non diu gavisus patitur recidivam. Quippe interim globuli maximam sanguinis & limfæ partem constituentes, molles & len- ti, nec dum satis confracti iterum coēunt; unde hāc accretio- ne majores facti, perque minutissima vascula transire neque- untes, eadem, quæ anteā, symptomata producunt. Ad oculum demonstratur, globuos hos, si etiam extra corpus artifi- ciosè dividantur, iterum concrescere, si motus non adhibea- tur sufficiens. Parcam autem aëris cum sanguine, ob pluri- mas pulmonum vesiculas materiā alienā infarctas, miscelam ejus lensoris causam non postremam fuisse puto. Materia itaque morbifica brevi ad pristinam conditionem redacta, de- nuò in partibus priùs affectis, sauciis adhuc, subsistit, nam ἡ τεγματονυκός πι ἡ ἐπιταῦθα σπιζεῖ ἡ νύσση. inde dolor lateris in- gravescit, & spirandi difficultas, ut anteā, urget. Præscribe- bantur rursus, ut satis indicationibus fieret, pulveris antipleu- ritici duæ doses cum aqua adpropriata; una vesperi, altera mane sumenda: horis intercalaribus cochleatim propinatur mixtura suprà laudata, à qua egregium æger sentiebat leva- men: bis sudavit, quod optabamus, & sputa rejicit copiosa, satis viscida, subcruenta, & mellei subinde coloris. De his autem suprà.

#### XXIV.

Unum est, quod silentio nequaquam prætereundum judico; æger sub noctem deliravit, malo, ut ait Hippocr. omne, ἐπί πάσῃ νύσσῃ πό μή ἔργωθη τὴν Διάγρασιν, κακόν. aphor. 33. S. II. Delirii duæ mihi videntur esse species; una contingit homini reverà dormienti, cùm nimirūm spiritus animales vel in ipsis cerebri recessibus, vel in locis à cerebro remotis, perperām ob varias causas moventur, unde diversa menti repræsentantur φαντασματά, quæ insomnia dicuntur, sunt hæc actio memo- riæ & phantasie depravata, ubi tamen ratio mediocriter vi- get; memini me somniantem carmina fecisse, imò me ea ipsa, quæ somniavi, pro insomniis habuisse, ea nimirūm cum præ- cedentibus actionibus, quarum adhuc meminisse licebat, comparando. Altera fit homine ad sensum vigilante, ad sensum inquam, non enim auribus audit, nec oculis videt, quæ audire se aut videre dicit. Nam cùm spiritus in parte quadam

quadam admodum sensili, (delirium quippe maximè sequitur inflammationem membranæ alicujus, quæ, quod notandum, nervos habet à vago aut intercostali nervorum pari) diu satis vehementer & molestè agitantur, pleræque cerebri fibræ simul concutiuntur, unde variæ imaginationis & memoriæ species simul excitatæ confunduntur, hinc modò, hunc, modò incongrua & absurdæ menti objiciuntur ~~phantasias~~, quæ ipsum ita occupant, ut tūm intellectus tūm voluntatis actus solummodò inordinate eliciantur, & interdùm dolores non percipientur. Posterior hæc species cum priori ferè concidit, nisi quodd in hac animi conceptus verbis exprimantur, in illa rarenter; & quod in hac homo se delirasse nesciat, secùs in illa. Æger suprà delirabat somnians, nunc autem vigilans, ob rationem modò allatam.

## XXV. XXVI.

Sitis affligebat ægrum cum æstu intenfissima, molestissima. Symptomata se invicem excipiebant ut suprà; æstum enim & sitim præcedebant dolor lateris cum spiritus difficultate, & præcordiorum pondere, ita & nunc. Delirat quoque æger interdiu, non autem semper. Horum symptomatum cùm suprà dederim rationes, de iis jam dicere supersedeo, ne actum agere, & cramben bis coctam adponere vi-dear.

## XXVII. XXVIII. XXIX.

Pulsus, ut haec tenus, est celer, debilis, durus: convulsiones & tendinum subsultus continuo ferè misellum affligunt. De pulsu debili & celeri diximus suprà; de duro, convulsionsibus, tendinumque subsultu nunc agemus. Omnes humanae machinæ motus pendent vel ab imperio, quod anima exercet in spiritus: vel à structura machinæ, qui tantum abest, ut ab anima dependeant, ut etiam eâ invitâ & renitente fiant: pendent autem à machina vel secundum, vel p. n. constituta! Est itaque motus involuntarius vel naturalis, κατ' οξοχήν sic dictus, vel p. naturalis seu convulsivus: cuius naturam & causas, quantum quidem in negotio tam abstruso licebit, exponam. Formalis cuiusque motus convulsivi ratio in eo mihi consistere videtur, ut fibræ muscularum nerveæ reliquas arctè strigant, unde vascula sanguifera iis interspersa

D

premuntur,

premuntur, musculi autem à sanguine retento inflantur, bre-  
viores sunt, & quicquid adhæret versùs suum principium  
trahunt: si stricturna diu durat, convulsio fit tonica, si non,  
clonica. Hujus stricturnæ causa mihi videtur esse modū in  
sanguine, imprimis si est flatulentus: quando sc. fatus acres  
subito & vi in musculos impelluntur, nerveas ibidem fibras  
irritant, & vasa, venas imprimis stringere nimis faciunt; hæc  
sanguinis flatulentia frequens satis convulsionum causa est.  
Juvenes, quibus æstate sanguis æstuat, & vasa flatu tur-  
gent, si in algido flumine natant, spasmus corripiuntur &  
submerguntur: si cuicunque animali aërem per venam  
suffles horrendè convelletur. Cura est sudatio, & venæ  
sectio. Modū vitium est spirituum, & quidem frequen-  
tissimè, cùm spiritus animales alicubi irritati adēd impe-  
tuosè moventur, ut, animæ imperio susque deq[ue] habi-  
to, in nerveas muscularum fibras irruant, easque plus ju-  
sto inflent; hinc enim musculus, ob rationem suprà datam,  
intumescit, tumidus fit brevior, & partem ad pensam versùs  
caput suum rapit. Hæc autem spirituum explosio, vel est  
universalis, ut in epilepsia, & subinde in vehemente ira; tale  
quid contingit animali machinæ pneumaticæ imposito, aër  
enim per totum corpus diffusus, imprimis qui est in cerebri  
ventriculis, admodum expanditur, expansus omnes una ferè  
vice è cerebro spiritus, velut aquam è spongia, exprimit, &  
per nervos impetuosè disjicit: vel est particularis, cùm spiri-  
tus in parte quadam privata ita concitantur & stimulantur,  
ut pars illa, &c, si motus est vehementior, aliæ quoque, cum  
quibus consentit, convulsivè moveantur: quod fit in risu à  
titillatione moto, sternutatione, tussi, seminis ejaculatione, &  
omnis generis convulsionibus per *συμπαθησιαν*. Copula spi-  
rituum elastica Willisi reverè est figmentum. Tendinum  
ita dictus subsultus nihil est, quam subita, ast insufficiens,  
vel dimidiū vel totius musculi ventris inflatio, æquè tamen  
subitè iterum disparens, tendo raro sequitur, os nunquam:  
signum est vel levis causæ, vel summè spirituum inopie;  
idem videre est in reèns mactatorum animalium muscularis,  
si pungantur, nostrates dicunt zucken oder zupfen. Mihū  
sæpissimè contingit, musculum sartorium aut alium ita con-  
velli,

velli, non euro. Convulsivos ægri nostri motus, cuius & pulsus durus, tendinumque subsultus species sunt, ortos credo ob spiritus à sanguine hinc inde stagnante irritatos. His symptomatibus & simul reliquis omnibus, egregie fuit satisfactum sequenti mixtura, summis laudibus efferenda, Rec. Aq. rub. id. flor. til. acac. ana ȝis. cinam. ȝij. oc. cancr. præpar. Mandib. Luc. pise. Rasur. deut. apr. ana gr. XXV. cinnab. antim. ȝs. spir. C. C. rectif. gutt. XV. confect. de hyacinth. ȝij. effent. ambr. l. gutt. VI. Julap. rosac. ȝvj. M. hoc medicamento cochleatim sumpto distracti admodum crebris exultationibus spiritus refecti, & materia, omnium symptomatum causa, multum fuit correcta.

### XXX.

Pauca nunc quædam de ægri nostri agrypnia, ipsi per totum ferè morbi decursum perpetua & summè molesta adjiciam. Si quis, quid somnus sit, novit, non potest ignorare naturam tum nimiarum vigiliarum, tum nimiæ in somnum propensionis. Si igitur tum vigilamus, cum objecta præsentia sensoriis organis recipimus, percipimusque mente, ac pro lubitu movere nos loco possumus; sensus autem & motus pro causa agnoscent sufficientem spirituum in organa eorum influxum, formalis somni ratio, vi contrariorum, in eo consistet, ut spiritus animales, cerebelli excipio, blanda & naturæ amica quiete gaudeant, & intra cerebri pomœria, nervorumque tubulos velut immoti subsistant, nec somnum prius excutiant, quam copia sua flaccidas & quasi collapsas sensuum & motus organorum fibras ita inflent, ut suo quodque munere denuò fungi incipiatur: id quod in sanioribus fit summo mane, nisi fortius aliquod objectum somnum inturbet; quibus autem mobiliores contigere spiritus, bis aut ter qualibet nocte stationem suam deserunt, intermissosque ineunt motus. Si spiritus tam sunt pauci, ut sensuum & motus organa satis actuare nequeant, oritur inde lethargus, carus, apoplexia. Si autem spiritus vel ob nimiam mobilitatem, vel continuam irritationem ita agitantur, ut nulla ipsis concedatur quies, homo ante non dormiet, quam vigiliarum ablata sit causa. Ægrum nostrum nimium vigilasse crediderim ob continuò urgentem lateris dolorem, cuius indicabatur ablatio.

### XXXI.

D. XXV. & XXVI. repetebantur antipleuritica imprimis ultima mixtura. Hippocrates alicubi optimè monet, πάντα λόγον ποιέου πανδὲ κατὰ λόγον γενομένων, & δε μεταβαντα εξ ἑτέρων ιφ' ἑτερον, μένονται δοξανται απ' αρχῆς Tandem & in usum trahebatur emplastrum diachyl. c. g. à quo multum sperabatur auxilii, lateri enim dolenti, inuncto prius unguento dialth. c. & ol. philosoph. applicatum acris & incidentia copiosè à se dimittit effluvia, & saepe in pleuritide deplorata, maximè ubi multa adest limfa tenax & cruda, unicum ab emplastro hoc, multis medicamentis irrito conatu adhibitis, sperandum & obtentum est auxilium, ejus enim vis inviolata ferè immediatè partem affectam attingit. Exerto credite; hoc vere medebat pleuritidi anus cujusdam, sexagesimum quartum ætatis annum supergressæ, quæ solum inde levamen, iqd juvamen sensit. Æger ab antipleuriticis parum hac vice sudavit, à topicis tamen sputa rejecit multa, cruenta, hoc est, limfam, tenaciorem sanguine tintam, nunquam purulenta: pus enim coctum quid est, utpote quod gaudet particulis brevibus, & in paucis punctis se tangentibus. Causa, ob quam eadem medicamenta interna non idem, quod ab initio effecerunt, sine dubio fuit venarum lesteatum à viscidio muco obstructio.

### XXXII.

Æger adhuc subinde delirat: spiritus quidem non amplius ita ferociebant, ut convulsiones ciere possent, nondum tamen ad omnimodam quietem redacti, menti varia subinde imaginaria spectra offerebant, dum sc. justo vehementius alicubi moti motum suum pluribus cerebri fibris communicabant.

### XXXIII.

Sitis ob rationem supra allatam vehementer adhuc urget, tenax etenim & multo nunc quam antea viscidior limfa à medicamentis hactenus exhibitis nondum ita poterat solvi, ut in glandulis oris & faucium secreta aridas ibi nervorum fibras demulcere, & ita sitim fallere potuerit.

### XXXIV.

Vires ob continuos ferè dolores, crebras convulsiones, spiri-

spirituumque dispendia plurimum attrebantur, ita ut proximam mixturam, cui æger post Deum vitam debuit, reiterare necessum fuerit.

### XX X V.

Urina hactenus turbida clarescit, & tenuis fit, omnisq; penè tinturæ expers, at malo omine; non enim emergentis, sed fatiscentis magis & morbo tantum non succumbentis naturæ solet esse indicium; infra namque videbimus, ægri urinam, cum res jam cœpit mutari in melius, demuni fuisse turbatam. Ratio Φαενομένης videtur esse, quod tonus fibrum in glandulis, & membranaceis renum tubulis adeò fuerit debilitatus, ut nonnisi tenuiores feri partes transmitti potuerint, sic urina necessariò tenuis prodit & clara: vel quod æquè est probabile, quod concretiones partium sanguinis per urinam excernendarum tam fuerint frequentes, ut paucæ manserint satis tenues, quæ per colum urinarium transire potuerint. Tollantur ab urina, vel maximè crassa, turbantes illæ partes, habebitur liquor limpidus tenuisque: hiberno tempore ob concretiones partium omnis urina turbatur, clarescit tamen iis calore rursum divisus. Tantum autem abest, ut Parens huic fidens urinæ acquieverit, otiosumque spectatorem egerit, ut potius indicationibus, magis adhuc quam unquam urgentibus, satisfacere allaborarit; quantum quidem per ægri nauseam licuit. D. XXVII. materiæ morbificæ pertinaciam cognoscens Pater, breviique suffocatum iti ægrum veritus, vires enim adeò ipsum jam defecerant, ut aërem vix inspirare, nedum tussiendo eum cum sputis extutere valeret, pro ulteriori materiæ crassæ incisione, loco potius ordinarii (sic & molesta ægro sitis à Medico vertebatur in commodum) sequens præscripsit apozema, Rec. Rad. helen. tarax. liquirit. ana 3ij. Herb. hyssop. scabios. veron. an. M. so. Flor. papav. errat. bellid. min. an. p. ij. sem. anis. 3ij. eruc. 3ij. pass. min. 3j. incis. contus. coq. in aq. font. M. ij. cuius æger fiticulosus bonum quavis vice haustum sumfit, ( si spiritus graveolentes volatiles non horruisset, eo non fuisset opus) non omissâ mixtrâ confortante, & diachylo cum gumm. Sic tandem materia illa subtilis, quam omnis motus causam credo, ope subtilium & maximè mobilium horum medicamentorum

partium, crebro repetitis iactibus, lentam & viscidam materiam percupit, eamque in maiores primò, tum & minores moleculas contractam ad citam exclusionem disposuit.

### XXXVI.

Hic tamen hostis, quoniam janua, quā erat exterminandus, nondum patebat, magnas adhuc in corpore civit turbas: haud secus ac hostes in fugam acti, commodum tamen elabendi locum nondum nocti, magnas subinde victorii molestias creant, donec tandem ita premantur, ut, si salutis alia non detur via, media viatorum perumpant agmina. Aegro nostro nox crisi præcedens omnium erat gravissima, νύξ ή τάχις κείσεως, θύσφορος; Materia quidem mota turgebat, & urgebat exitum, at quia nondum erat emota, & remota, in summas adhuc angustias conjecit ægrum. Et hactenus ἐπακμή, cuius supremus gradus est ακμή, seu morbi vigor.

### XXXVII. XXXVIII. XXXIX. XL. XLI.

Venio ad morbi ἐπακμήν seu decrementum, quod, aliquando lentum est & paulatinum, aliquando subitum, & dicitur χόλος, quæ est subita morbi solutio cum sufficienti excretione materiae morbificæ. Ager noster judicatus est per fudorem & urinam, utriusque signum fuit pulsus mollis, liquidus, plenus, magnus, effectus sanguinis, debitam fluiditatem iterum adepti, & sufficienter moti: Criseos doctrina multa acerrima etiam ingenia hactenus exercuit, imò fatigavit; ego, quid sit, & in quonam ea consistat, non probare saltem, sed mechanicè demonstrare satagam. Ad crisi duo tantum requiruntur: primum & præcipuum est partium judicandi humoris fragilitas; si autem rigidæ aut lentæ adēd sint, ut frangi nullâ arte possint, ακεστία inde sequitur & mors, ut subinde fit in febribus ardentibus, pleuritide &c. Omne id, de quo multa adēd autores blaterant, nullum videlicet dari vivens, quod nihil includat sanitatis, in hoc consistit, ut malè configuratæ sanguinis particulæ mutari adhuc, aliisque iisdem motus induci possit: secūs actum est. Si iis restituī naturalis figura nequit, nec restituetur motus, qui, si magnitudinem excipias, à sola pendet figura. Cum quis plus vel minus sanitatis includere dicitur, perinde est si diceretur,